

X 187.6405
AD

II i
1442

EXERCITIA SACRA,
LINGVIS
LATINA, GRAECA ET EBRAEA
CONCEPTA,

CHRISTO PATIEN-
TI SACRA,

BIBLIOTHECA
POMICKAVIANA

ET
CRASTINA LUCE
SUB SECUNDAM POMERIDIANAM
PUBLICE RECITANDA,

PLURIMUM-VENERABILEIS
ET AMPLISSIMOS

DNN. INSPECTORES,

AC DOCTOS OMNEIS

M. JOHANNES SEBASTIANUS *Mit.*

ternacht / ILLUSTRIS RUTHENEI

RECTOR,

SUBMISSE, OFFICIOSE ET AMICISSIME

INVITAT,

AC SIMUL

DISSERTATIUNCULAM

DE

DOMO B. VIRGINIS LAU-

RETANA,

PERTEXTIT.

G E, R Æ

PRÆLO HÆRED. MAMITZII,

ANN. cl^o l^oc LIX.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)



Mediatoris nostri unius ac unici acerbissimam passionem & mortem solatium efficacissimum esse, quod in quibuslibet tentationibus corda nostra reficere suavissimè possit, id verò extra omnem dubitationis aleam positum arbitrantur, quotquot per universum Orbem numerantur veri Christiani. Quibuscumque ergò salus sua curae est atq; cordi, his delectabilius nihil, nihilq; jucundius est, quàm pia, crebra, immò adsidua Dominicae illius passionis meditatio. Quippe quae ad persolvendas Deo gratias invitatur Christi amorem instillat animis; peccatorum odium intra mentem excitat; vitae regulam ac normam accuratissimam longè subministrat. Quamvis a nullo non tempore convenit, attentius illam contemplari, & volvere saepius ac revolvere animo; hoc tamen cum primis temporis articulo, & per hanc quidem septimanam multò gravissimae se causae ad manus dant, quamobrem ruminari ipsam devotè debeamus: quas, quum nemini non sint obviae, operosius exponere supervacaneum existimo. Varii a. sunt modi à piis viris jam olim propositi, quibus instituere meditationem Dominicae passionis pii Christiani possunt. Omnes illos heic recensere, nimis prolixum foret: neq; chartae ratio admitteret. Unum dumtaxat, & brevissimè quidem, delineabimus. Est ille imaginis crucifixi Salvatoris crebra piaq; contemplatio. Demonstravit eum jam olim, & prolixè explicuit Dn. Christophorus Megander, eo tempore Exul Christi, ac deinceps Ecclesiastes aulicus Altenburgi, ὁ νῦν ἐν ἀγίοις. (a) Eundem quoq; ante illum, nisi egregiè fallor, Nathanaël Tilesius adumbravit. Et reverà vix occurrit in tota passionis historia quidquam, cujus recordationem refricare non queat Crucifixi imago. Unde illa piis ante oculos usq; ac animum versatur, si non sculpta, picta tamen vel aeri incisa. Malè equeidem habet hoc plerosq; Calvinianae scholae homines. Itaque περὶ τὸ λογῆντες illi horrendas adeò voces contra crucifixi Salvatoris imaginem eructant, ut non orthodoxi tantùm ad illas horrore percipiantur, sed saniores etiam Calviniani eas detestentur, abominentur, execrentur. Audiamus Richardum Montacutium, Anglum, Cis-

(a)
in Christi be-
xæm. edit.
Cogn. pagg.
475 seqq.

Ciſſaceſtriensẽm primũ, ac deinde Norwic. Episcopum, qui (b) (b)
haec habet: IMPIE in colloquio Mompelgartensi BEZA, fateor, in *de originibus*
qv̄it, me *ex animo* CRUCIFIXI IMAGINEM DETESTARI: IDEOQ; *Ecclesiast cõo*
EAM NON POSSUM FERRE. Contrã profiteor, [sic pergit Monta- *mentationẽ*
cutius] idq; ex sententiã antiquitatis & Ecclesiae Anglicanae: *fateor, rom. 1. edit.*
me ex animo crucifixi imaginem amplecti & usurpare, ideõq; eam libenter Londin. cl9
admittere. Christianus n. sum: & Christiani nihil à me alienum esse *De XXXVI.*
arbitror; & BEZIANAM illam IMPIETATEM detestor. Haec Reforma- *fol. 390.*
tus de Reformato. Nos certè cum illis non possumus non sentire ac
facere, qui, crucifixi Christi imaginem passionem Dominicam reno-
vare utiliter in intuentium animis posse, verissimè judicant. Ideoque
constitueram non ita pridem, producere ad diem Parasceves adole-
scentis nonnullos, & eos quidem acturos è cathedrã Oratoriis exerci-
tiis destinatã, quã multiplicia & salubria, rudiores cum primis, mo-
nere crucifixi Christi imago possit. At verò, quum se ultrò quidam
è discipulorum agmine offerrent, qui proprio ausu aliis meditationi-
bus operas suas consecraverant, mutandum animi propositũ censui,
ac alii tempori destinandam illam, quã de paulò ante verba faciebam,
operam vel contemplationem. Prodibunt a. crastinã luce sub secun-
dam pomeridianam I. JOHANNES KRIEBELII, Playiã Variscus,
Orationem *Εὐχαριστία*, Ebraeo idiomate conceptam; II. FRIE-
DERICUS AMELONGUS; & III. JOHANNES Pfeiffer / Nostra-
tes, Carmina Latina; ac tandem IV. MICHAEL MARGGRAFIUS,
Crimmitio Misnicus, Carmen Graecum, recitaturi, atq; hoc modo
Salvatori crucifixo pro acerbissimã, nobis verò salutiferã passione de-
votas persoluturi gratias. Quos ut *Plurimum - Venerabiles & Amplis-*
simi DNN. INSPECTORES, Dõctiq; alii, benevoli, faventes ac fre-
quentes ad horulae spacium audiant, etiam atq; etiam rogamus, com-
pensaturi id quibuscumq; licebit modis. Postquam a. praefatus haec
fui, placet jam, disertatiunculam de domo Lauretanã pertexere, &
quae restant huc transferre. Causam, quare domus B. Virginis Nazare-
thã aliò delata fuerit, exponit Teremanus in suã tabulã his verbis: Sed
postquam ille populus (scil à quo domus Mariae cum magnã devotio-
ne & reverentiã habitata & honorata fuit, ut antè locutus erat Sa-
crificulus) dimisit fidem Christi, & recepit FIDEM Mahometi, tunc
Dei Angeli abstulerunt praelibatam Ecclesiam & portaverunt illam,
in

in parteis Slavoniae &c. At Hermanus Bauink in libello, quem in-
nupero programme laudavimus, aliam multò causam cudit, cum
ait: Da nun die Gottlosen Saracenen / Türcken / und andere Barbari-
sche Völcker den frommen Christen [non Apostatis, aut Mohamme-
dismum profeslis] hetzen den Weg verlegt / und sie nicht mehr sicher und
ohne Gefahr künden dahin kommen / hat die Jungfrau wollen zu-
schicken. Sprach derhalben im Jahr Christi 1291. den 9. Mai in ihrem
Dienern den Engeln / darunter wohl zu glauben / daß S. Gabriel der für-
nehmste gewesen: Gehet hin in Nazareth / und nehmet mein Haus / und
tragets gen Jerusalem / daß es aber bekant und desto berühmter werde / so
ruhet darmit in Slavonten &c. Die Engel verriechen ihrer Königin

(c)
ad A. C. 1291.
n. 9. fol. 1009.

Willen und Gebot in der Eil mit Freuden &c. Apud Bzovium (c) verò
B. Virgo sic Teractensem Antistitem SOMNIUM inter & VIGILIAM al-
loquitur: Nunc demum deficiente cum fide cultu ex oppido Nazaretho
ad vestras migravit oras (domus Lauretana.) Differunt itaque praeter
causam mutatae sedis in hoc etiam, quod neque Teremanus, neque Bzo-
vius diem translationis ad signare ausus fuerit; Bauink a. non diem
tantum notavit, sed ipsissima quoque B. Virginis verba adnotavit, haut
secus, ac si cum B. Paulo in tertium usque coelum abreptus fuisset, ac
praesens, Angelisque mixtus, auscultasset omnia. Qui n. semel vere-
cundiae ac modestiae limites transiit, eum graviter impudentem
esse oportet. Porro Teremanus, ita fabulatur de Legatis Nazaretham
missis: In una (sic omnes, quos contuli, codices legunt) pariete ibi
propè est scriptum in muro, quomodo ista Ecclesia [domus Laureta-
na] ibi fuit, & postea recessit. &c. Bzovius v. praevidens difficultates,
quae necti super hoc muro, & lingua, quae exaratum fictitium illud te-
stimonium fuerit, possint, ne verbulo quidem muri vel parietis illius
mentionem fecit, sed ita solum ait: (d) Ibi [Nazarethae] impensius
inquirentes [Legati] comperiunt ex incolis, non tam re, quam verbo
Christianis, domum natalem B. Virginis inde paulò antè sublaram &c.
Loquitur de Legatis à Dalmatis Nazaretham missis. Et ubi Legatos
Lauretanos (e) describit, haec habet: Nazaretham ut venire, natalem
B. Mariae inquirent domum. De Christianis, qui qualescumque in me-
dio nationis pravae supererant, sedulo sciscitantur. Ab his edocti,
quae vigente adhuc Christiana re in Syria partim ipsi à majoribus ac-
ceperant, partim ipsimet suis oculis viderant, ad optatum ducuntur

(d)
ad A. C. cl
cc XCI. n. 10.
fol. 1010.

(e)
ad A. C. cl
cc XCV. n.
37. fol. 1070.

locum. &c. Deinceps quomodo inde reditum in Italiam curarint, exponit. Sed altum de pariete silentium agit ac tenet, non ita obturaturus ora, nisi omnem illam Teremani de pariete & ejus inscriptione relationem ipse inter fabulas rejecisset. Tanta nimirum illi est Teremaniae tot Pontificum, Teremani tabulam approbantium auctoritas. Sed neq; veritati congruum esse, quod de Christianis qualibuscumque, Nazarethae tum habitantibus, consignavit Bzovius, ad oculum patet ex descriptionibus variorum in Palaestinam susceptorum itinerum. Quoties n. in illis mentio fit Nazarethae, ne littera quidem de domus hujusce translatione occurrit. Sic a. ibi, (f) ubi iter Stephani à Gumpenberg, institutum A. C. cl. cccc. XLIX. ann. CLIX. post fictam translationem, legitur: Da kamen wir gen Nazareth - - lagen des Nachts in der Capellen/ da der Engel unser Frauen den Gruß verkündiget. Das Volk daselbst hatte lange Zeit keine Deutsche gesehen/ Itef uns derohalben nach zc. Es ist gar eine schöne Kirche da gewesen/ aber sie ist gar zerstört. &c. Johannes Zucher Noribergensis, qui Nazaretham A. C. cl. cccc. LXXIX. invisit, hunc in modum (g) scribit: Zu Nazareth ist eine Kirche in unser Frauen Ehr geweyhet/ die etwan in grossen Ehren gehalten/ und ein Christlicher Bischof da gewesen ist/ darinn ein kleines Capelletn/ kaum zw. her Klaffeeer weit/ darinnen stehet eine Marmolsteinin Seule/ darauff hat Maria gelehnet/ da ihr der Engel die Botschafft brachte &c. In itinere Dn Johannis, Comitiss à Solms, instituto anno cl. cccc. XXCIII. & à Bernhardo à Brettenbach descripto (h) haec legere licet: Es ist daselbst (Nazarethae) eine Kirche in der Ehre der Jungfrau Marten geweyhet/ vorzeiten in grosser Würde gehalten/ aber tho gar verlassen/ in welcher Kirch eine kleine Capell ist gebauet/ an dem Ende/ da der Englische Gruß geschah/ und noch heutiges Tages daselbst eine Marmolsteine Seule/ daran sich die Jungfrau Maria gelehnet/ da der Engel ihr den Gruß bracht. &c. Vides ann. CXCH. post fictam translationem peregrinantibus istis, & haut dubiè adcuratissimè de Mariae domo sciscitantibus, nihil de translatione enarratum à Nazarethanis fuisse: neq; ipsos peregrinantes quidquam de eadem translatione sciscitatos, non neglecturos id tamen, si tum fabula Lauretana orbem Christianum oplevisset. Ne verò ogganniant Papaei, fortassis oblitos fuisse post tot annos translationis Nazarethanos; age iter Johannis de monte villa Doct. & Equitis, ann. cl. ccc. XX, confectume-

(f)
fol. 242. edit.
Francof. cl.
1, XXCIV.

(g)
fol. 360. lib.
laud.

(h)
fol. 68. b. edit.
Francof.

vol.

(i)
fol. 416. edit.
Francof.

(k)
apud Peuce-
rū, qui Bro-
cardi descri-
ptionem ter-
rae S. addit
tractatui de
dimens. ter-
rae, pag. m.
211.

volumus. Sic autem ille: (i) Nazareth war einan eine gute Stadt /
und waren viel Kirchen darinnen / die nun alle abgebrochen sind / und
ist nun ein Dorff / darinn ist ein klein Bethaus an einem gar alten Pfei-
ler / der da stehet an dem Flecken / da Gabriel unser Frauen verkündiget /
dass sie Gott empfangen solte. Item: Darbey ist ein Brunnen / daraus
unsere liebe Frau ihre Windeln wusch / und unser Herr Christus esse
Wasser holere &c. Adeoq; neq; ann. XXIX. post translationem transla-
tionem Nazarethani peregrinis quidquam hac de re exposuerunt.
Immò nec Monachus Brocardus, qui ante fictam translationem, videli-
cet A. C. MCCXXCIII. uti ipse fatetur, terram sanctam perlustravit,
& memorabilia sibi visa studiosissime mandavit litteris, vel unicam
addit syllabam de superstite adhuc B. Virginis domo. Haec n. tan-
tùm refert (k) A Sephor sunt tres leucae contra Austrum ad Nazareth,
civitatem Galilaeae, ubi Christus conceptus & educatus fuit. Distat
ab Acone septem leucis. Extra eam civitatem ad spatium unius stadii
est locus, quem appellant *saltum Domini*, ubi Judaei volebant Jesum
praecipitare: sed subito elapsus manibus eorum, in latere montis op-
posito inventus est. Haec Brocardus, non sanè silentio involuturus
domum conceptionis, situm, ann. octo ante fictam translationem,
superstes domus illa fuisset. Ita quoq; nugatur Teremanus: Viden-
tes [Apostolici discipuli Christi] **MULTA** mysteria divina fuisse facta
in dicta camerâ, decreverunt de communi consensu omnium, facere
unam Ecclesiam in honorem & memoriam beat. virginis Mariae &c.
Sed quae sunt *multa* illa mysteria? Nemo praeter *unicum* illud, con-
ceptionis Dominicae, mysterium aliud agnoscit. Etsi n. verissimum
esset, Mariam quoq; in illâ camerâ natam fuisse & educatam, quâ de-
re tamen, ut ex nupero programme patet, adhuc sub iudice lis est; an
nativitatē & educationē beatae Mariae inter mysteria numerabimus?
ὁ δ' ὄναρ ὁ δ' ὄναρ hoc in mentem orthodoxae antiquitati umquam
venit. Verum enim verò properandum est ad alia. Teremanus, post-
quam dixisset, B. Virginem apparuisse in SOMNO (totum n. hujus de-
dono translata commentum somno, somniisq; nititur) cuidam san-
cto viro, ei devoto, ipsiq; omnia revelasse; subjicit ista: Hic fuit u-
nus heremita, (pro eremita) qui vocabatur Frater Paulus de Sylva,
qui habitabat in uno tugurio in sylva prope istam Ecclesiam &c,
Satis itaq; Teremanus perspicuè tradit, virum illum, cui B. Virgo
trans-

translationem revelavit, fuisse Paulum de Sylva. Quid v. Bzovius?
Hic ad A. C. clccc XCV. (l) ita: Collis est, nemori ac sedi, quem in
Piceno primùm virgò Deipara elegerat, satis propinquus. Montem
Corsum incolae appellant. Huc receperat se paucis antè annis homo
solitarius egregià sanctitate, sacrosanctae cellae propinquitatem secu-
tus. Nomen non proditur. Illum ipsum fuisse Paulum à Sylva, incli-
nat animus. - - Alter agebatur annus à sacrâ aede in Italiam adductâ,
cum per SOMNIUM ei B. Mariae species offertur, quae docet, se domici-
lio, quod in terris olim habuerit, in Italia sedem elegisse. &c. Sed quid
titubas Bzovi, si Teremani tabulae, à tot Pontificibus approbatae, fi-
dem adhibeas? Cur non audacter dicis, virum illum solitarium vel
eremitam fuisse Paulum à Sylva? Quid dicis, animum saltem eò in-
clinare? Et haecenus intelleximus, quam nullam prorsus rationem
tabulae tot Pontificibus Rom. probatae Romanenses habeant. Unde
non possumus non maxumoperè mirari Papaeorum vesaniam, quip-
pe qui totis viribus eò contendunt ac nituntur, ut toti orbi Christiano
perivadeant, Romani Pontificis in religionis ac fidei negotiis judiciū
modis omnibus ἀνυπέυθυνον ac falli nescium esse, ac nihilominus ipsi
tot modis in hac solâ causâ è diametro κατὰ γυμνή τῆ κεφαλή contradicunt,
mirificè λεπτολογῶντες, ac tantum non Alchymistas agentes
in fingendâ ac refingendâ hac ipsa de B. Virginis camerâ fabulâ. Nunc
videamus breviter, quam turpiter alii Papicolae tum sibi metipsis, tū
aliis ejusdem religionis sociis obloquantur. Primum n. Bzovius ad
ann. Chr. clccc XCI. (m) ait: Deducuntur (Dalmatarum Legati) ad
templum ab Helena Augusta olim sacrae Domui circumdatum. Stetit
ergò juxta Bzovium camera B. Mariae in ipso templo. Sed oblitus vi-
detur Bzovius, quod antea, nempe ad A. C. clccc L. (n) monuerat, ubi
haec scripsit: S. Ludovicus Nazarethum iter intendit, ut aedem B. Ma-
riae Deiparae, mysterio incarnationis Verbi illustrem, inviseret. Ut
primùm illam conspexit, strenuè equo desilit, procumbit in genua, &
venerabundus natalem Virginis domum, ipsamq; salutatur Virginem.
Inde (h. e. ex illâ domo) ad templum progressus Dei filium veneratur,
colitque. &c. Si ergò è domo natali demum ad templum progressus
fuit Ludovicus, templum non fuit domui circumdatum. Quis n. ita
loquatur, è medio domus conclavi progredior ad domum? Idem
Bzovius ad A. C. clccc XCI. (o) sic rhetoricatur: Mirum, quanta illi

(l)
n. 265

(m)
n. 10. fol. 1010.

(n)
S. 2. fol. 584.

(o)
viro n. 10. fol. 1010.

PK
Ti
1442

viro (Alexandro scil. Antistiti Dalmatae vel Tersactensi) haec (de translatione domus istius) narranti fides fuerit, non apud incolas solum, sed etiam apud *Exteros*. Er paulò post: Mox etiam *Longinquorum* populorum concursibus celebrari, honestariq; (domus) coepit: -- gliscebant indies rumor fortunatae domus. -- excivit ea FAMA NÒ Illyricos solum *remotiores*: sed Istros, Croatas, Bosnios, Servios, Epidaurios, caeterosq; ejus tractus longè ac latè patentis populos, ad tantum miraculum domumq; visendum. Illyrici gaudere *concursum populorum*; gestire, suam regionem apud EXTERAS genteis & nationes ingenti gloria esse &c. Haec ibi; quorum non amplius recordatur Bzovius, quum ad A.C. cccc XCV. quatuor ann. post famam è Dalmatia ad exteras genteis sparsam, (p) haec legentium oculis subjicit: Hae & aliae Illyricorum voces (quae scil. ann. XCV. querulo ore eorum Picentibus effusae, & enarratae à Bzovio paulò antè) quod NOVAE (nūquam antea audita) ad Picentium aureis acciderent (*Nondum enim quidquam de Nazarena & Dalmatica migratione fando audierant*) à plerisque pro *vani* habitae, &c, Quis a. persuadere sibi queat, si fama translatae camerae per tot populos ad Epidaurios usque, Graeciae populos, disseminata fuisset, solos Picentibus vel Picenos nihil prorsus fando de eadem audisse? Non itaq; feliciter mentitur Bzovius, neq; revocavit si ad animum illud tritisimum: *Mendacem oportet esse memorem*. Idem Bzovius ad A.C. cccc XCV. (q) sic scribit: Ita in agro Recinetensi *ter* intra *unius* anni spatium *sedem mutavit* [vel B. Virgo, vel illiusdem domus.] Sed prima mutatio in agro Recinetensi facta dicitur, quum è Sylva transferretur in montem; secunda, quum è monte ablata ad eum locum collocaretur, ubi etiamnum stare dicitur. Ubi ergò manet *tertia* sedis illius mutatio? Ejusdem furfuris contradictio est, dum Bzovius ad A.C. cccc XCIV. (r) ait: Paucis annis [nempe post ablatam è Dalmatiâ domum, factam eo ipso XCIV. anno] ipsius [Frangipanii] aere ac sumtu *nova* aedes, Deiparae dicata, *in eadem* stetit [aedificata fuit] *vestigis*, At ad A.C. cccc XCV. (s) dicit: Dalmatae Legatis Picentium amicè rogantibus AREAM monstrant, quam B. Virginis domus in sederat: atq; INIBI geminam (h. e. congruam) illi, ac SIMILEM AEDEM, rei monumentum, exstructam. Quod ergo altero statim anno exstructum fuit, id paucis post annis exstructum fuisse antea nugatus Bzovius fuerat. Adeoq; unus annus, & pauci anni homini lymphatico unum sunt idemq; ve. Sic videlicet vineta propria miser caedit. Plura quò minus addam, chartae angustia facit. Super sunt tamen non pauca, quae si vivam ac valeam, propediem luci exponam; P. P. ipso viridium, ut vocant, die ann. epoches Christianae cccc lxx.

(p)
n. 26. f. 1068.

(q)
n. 25. f. 1067.

(r)
n. 43. f. 1051.

(s)
n. 27. f. 1069.

Q.K. 422,15.

BIBLIOTHEC
MONICKAVIAN

M. JOH
ter
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)
SU

DO

A,
EBR AEA
TIEN.
DIANAM
A,
ABILEIS
S
TORES,
NEIS
TIANUS
THENEI
MICISSIME
AM
NIS LAU-
ITZII,

Π i
1442



Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

